Karlsruhe LB. Aug. LXXXIII, f. 57r

Hebr 4,2

fidei eorum ex his quę audierunt; Ingrediemur enī
in requiem qui credidimus; quē admodum dixit;
Sicut iuraui in ira mea: si introibunt in requiem
meam; Et quidē operib' ab institutione mundi factis.
dixit enī quodā loco de die septima sic; Requieuit
ds̄ die septima ab omnibus operibus suis; Et in isto
rursum; Si introibunt in requiē meā; Quō ergo
sup̄ ē quosdam introire in illam: & hi quibus pri
orib' adnuntiatum ē non introierunt propter
incredulitatē; Iterum terminat diem quendam.
hodie in dauid dicendo post tantum temporis.
sicut supra dictum ē; hodie si uocem eius audieri
tis nolite obdurare corda urā; Nam si eis ihc re
quiem prestitisset: numquā de alia loqueretur
post hac die; Itaq; relinquitur sabbatismus popu
lo dī; Qui enim ingressus ē in requiem eius etiā
ipse requieuit ab operib' suis. sicut a suis ds̄;
Festinemus ergo ingredi in illā requiem ut ne in id ipsū
quis incidat incredulitatis exemplum; Viuus enī
ē dī sermo & efficax & penetrabilior omni gladio
ancipiti & pertingens usq; ad diuisionē animę ac spī;
Compagum quoq; & medullarū & discretor cogitationū

Glosses:

erant i. increduli ex auditis di sermonibus.
i. ex his legis
i. nos e contrario
i. certe regni
i. nos hebrei fideles
i. e contrario ... filius isrt. i. patribus uris.
i. uideatur ... e contrario legendū. i. sic illi p incredulitatē non introierunt. ita nos p fidem intrabimus.
i. certe · i. exordio
i. scriptum
i. in isto psalmo post legem.
i. in ista uinentium
i. requiē beatę uitae.
i. credentes
i. in p dicta requie
i. ds̄ p pphetā · i. aeterna requie
i. diffinit. disponit.
i. post annos egressionis filiorum isrl de egypto.
i. filius naue ... post terrā repromissionis introducit.
i. aeterna requies. quā iudaicū sabbatū signis.
i. deinceps
i. req es aeterna · i. omnibus recte credentib.
i. p morte teporale
i. a mundialibus laboribus
i. operib; et mundialibus laboribus.
i. cū alacritate mentis p fidē.
i. ne ab aeterna requie quisquā nrm expellat. sic illi ppt incredulitatē a terra pmissionis expulsi sunt.
hic ostendit eundē nos habere iudicē q illos ppt incredulitatē illorū dānauit.
i. filius di. · i. acutior · uel fero
potens ad inferendū uindictā et beatitudinē.
i. uindictā · supernus & animas quam corporis ... gladio
i. bicipiti
carnaliū · ac spiritaliū cogitationū
per similitudinē corporis de anima loquitur.
diuisor. i. cōpbator. ac discretor est. compagū. medullarū. cogitationū. intentionum.
i. pungens usq; ad diuisionem. i. sermo et gladius
diuisor · in spū
scit enim & phat. quid inter ē. ... spm. non quod aliud ... aliud sps. quam ... ad futurum

inconspectu eius; Omīa enī nuda & apta sunt oculis
eius; Ad quē nobis sermo; Habentes ergo pontificē
magnum. qui penetrauit celos. ihm̄ filiū dī. teneamus
confessionem eius; Non enim habemus pontificē
qui non possit compati infirmitatib; nr̄is. temptatū
autem p omnia pro similitudine. absq; peccato;

Adeamus ergo cū fiducia ad tronū gratię. ut mi
sericordiam consequamur. & gratiā inueniamus in
auxilio oportuno; Omnis. namq; pontifex ex homi
nibus assumptus pro hominib; constituitur in his quae sunt ad dm̄.
ut offerat dona & sacrificia pro peccatis. qui condo
lere possit his qui ignorant & errant. quō & ipse
circum datus ē. infirmitate; Et ppt ea debet quem
admodum & p populo. ita etiā pro semet ipso offerre
p peccatis; Nec quisquā sumit sibi honorē. sed qui
uocatur a dō tamquā aaron; Ita & xpc non semet ip
sū clarificauit ut pontifex fieret. sed qui locutus ē.

Hebr. 5,5

Karlsruhe L.B. L.XXXIII, f. 57a